

### **Burgundio von Pisa (12. Jh.)**

non igitur de verbo ad verbum translatio, **SI** ... , a diligenti et fideli omnino est interprete respuenda.

..., **SI** et dictiones inveniantur et ydioma alteriusque lingue minime impediatur et non quis suam velit statuere gloriam et ea que aliorum sua esse simulare, ...

si enim alienam materiam tuam tuique iuris vis esse putari, non verbo verbum, ut ait Oracius, curabis reddere ut fidus interpres, immo eius materiei sententiam sumens tui eam dictaminis compagine explicabis ... .. et ita non interpres eris sed ex te tua propria composuisse videberis, quod et Tullius et Terencius se fecisse testantur.

### **Robert Grosseteste, Bischof von Lincoln, ca.1168 bis 1253**

Sciendum etiam quod greci habent plurimas dictionum compositiones, quibus correspondentes compositiones non habent latini. Unde necesse habent translatores ad hoc ut latine loquantur plerumque pro una huiusmodi dictione composita plures dictiones latinas ponere, que tamen non ad omnem proprietatem vel sensus plenitudinem possunt exprimere mentem auctoris sicut exprimit eam unica dictio greci ydiomatis composita. Quapropter si ad explanationem pleniorum quandoque ponant expositores ipsas dictiones grecas compositas confingentes quantum possunt eis correspondentes compositiones preelicientes minus latine loqui ut mentem auctoris manifestiorem faciant, non erit ut existimo inutile.

### **Thomas von Aquin**

... servet sententiam, mutet modum loquendi secundum proprietatem lingue in quam transfert